

derandum
 & genus,
 & quod
 quisq; exe-
 quitur, of-
 ficiam.

A mortuis
 auctoritas
 postulatur.

Itemque ut
 sint aequa-
 les.

A vivis e-
 ruditione &
 scientia re-
 buiratur.

cium. Ad genus quod attinet, perpendendum utique, mortuine sint illi homines, quos introducimus, an vivant? Ab illis illustris quædam auctoritas, ab his autem earum rerum, de quibus disputant, testata eruditio & scientia postulatur. De auctoritate quidem ita Cicero in *Lælio, sive de Amicitia* loquitur: Genus sermonum positum in hominum veterum auctoritate, & eorum illustrium plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis. Et in *Catone seu de Senectute*: Omnem sermonem tribuimus non Tithono, ut Aristo Chius, ne parum esset auctoritatis in fabula; sed M. Catoni seni, quo majorem auctoritatem haberet oratio. Et in *Epistolis ad Q. fratrem*, cum de dialogo de Republica differeret: Sane texebatur, inquit, opus diligenter, hominumque dignitas aliquantulum ponderis orationi afferebat. Neque etiam laudandum, si quis inducat viros, qui non sunt æquales, quos adeo propter ætatis intervalla in congressum, conspectumque venisse parum consentaneum est. Sic, ut apud Athenæum legitur, Platoni aliquando vitio datum, quod Socratem cum Parmenide congregientem fecerit, longe ab ejus ætate remotum: Paralum autem & Xantippum Periclis filios cum Protagora colloquutos induxerit, quo tempore ille Athenas divertit, cum multo illos antea acerba vis pestilentiæ sustulisset. De eruditione etiam & scientia colloquentium res confecta est, qua de Carolus Sigonius in libro *de Dialogo p. m. 70*. Xenophontis consilium admiratur, qui cum Socratem de re familiari

miliari